



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati Caesarei, Pars Lyrica

Gibbes, James Alban

Romae, 1668

Approbatio Censoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13378

Imprimatur,
Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

M. Episc. Ariminen. Vicesg.

APPROBATIO CENSORIS.

Poësin hanc lyricam Cl. V. Iacobi Albani Ghibbesij, iussu Reuerendiss. Patris, S. P. A. Magistri, accurate percurri; agnouique usque ad eam emendatè Poëtam cecinisse, ut si mores, si pietatem spectes, nihil seueriori reliquerit supercilio vindicandum, nihil fuderit, quod premere censorius unguis possit. In carmine verò, quod nitore, quod cultu, quid hoc ingenio styloque limatius? Dices profectò aut ab eius calamo munditias fluxisse Musarum omnes, aut informasse lyram Stesichori lusciniam, aut quid grandius insusurrasse auribus apes Pindaricas. Certe Horatianis modis ac elegantijs tam propè accedit, ut rem ad lancem si reuoces, facile tibi persuaseris, Horatium fuisse superiorum temporum Ghibbesium; Ghibbesium nostri huiusce aui Horatium. Quod citharis accidit, si respiciant sese mutuo, ut uno eodemque concentu altera alteri assonet; id sanè de Venusina & Ghibbesiana veriùs dices. Fides respondent fidibus, metra metris, numeris numeri; par utrique gratia, venustas, granditas. Sed hæc præstantium ingeniorum iudicia luculentius comprobauerint. Interim per celebri huic Muse augusta inuicti Caesaris munificentia laureate plausus atque amores omnium intimè gratulor. Rome, in edib. nostris Quirinalibus, III. Idus Septembr. M. DC. LXVII.

D. Ioseph Silos C. R.

Imprimatur,
Fr. Hyacinthus Libellus Sacri P. Apost. Magister.
I A C.

tion
u
b
2
u

esij ,
ccu-
etam
riori
quod
qua
Di-
Mu-
usci-
Pin-
m
ibi
hib-
Quod
o eo-
enu-
u fi-
gra-
enio-
per-
icen-
gra-
Idus

C.